Schuster - Ethices Stoicae apud M. Aurelium Antoninum Fundaments - 1868

ETHICES STOICAI
APUD M. AURELIUM ANTONINUM

DISSERTATIO INAUGURALIS PHI
QUAM
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
AUCTORITATE ATQUE CONSENS
AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

SCRIPSIT
JOANNES SCHUSTE
HAMBURGENSIS.

KILIAE.
EX OFFICINA C. F. MOHR.
MDCCCLXVIII.

Imprimatur

Thd. Möbius,

h. t. Decanus.

Quum tam gravis systematis Stoici pars sit ethice, quum fere totam philosophi expleat apud recentiores Stoicos qui praeterea in tanto rerum discrimine supre philosophiae antiquae temporibus vivunt, haud inutile nobis videtur quum quaeran quae sint fundamenta ethices ultimi Stoicorum, M. Aurelii Antonini.

Prima ethices Stoicae quaestio est de summo bono vel de summa beatitudi Quae quidem ponitur in vitae cum natura convenientia, tum quoque in virtute; vir enim apud Stoicos nihil aliud est nisi vita animantium rationalium, si naturae c venit.

Notum est Stoicos in hoc ethices principio definiendo inter se discessisse.

Quod non sine immanenti caussa factum esse ipsa principii descriptio monstrat. Quamquam enim sensus erat sine ullo dubio: beatitudinem singulor pendere e vitae convenientia cum lege universo atque naturae singulorum animanti communi*), tamen hinc ethice Stoica in duas contrarias partes abiit: animanti si gulari vivendum erat universo atque sibi ipsi, quarum partium altera Stoicos fe κοσμοπολίτας, altera in αὐταρκεία exiit.

Totius autem systematis Stoici fundamentum physica sunt. Quo fit, ut n cessitas rerum ethicen quoque regat. Cum necessitate illa libera voluntas iungen erat. Hic nucleus erat ethices Stoicae, hoc problema quoque. Quanticunq pretii sint Stoicorum conatus ac studia, ut problema illud solverent, tamen fieri n potuit;**) nam voluntati in systemate ipso parum concessum erat loci.

Quomodo M. Aurelius noster quaestiones illas solvit?

---

*) V. Zeller, die Philosophie der Griechen, III a., pag. 194 sq. (ed. II.)

**) V. Brandis, Geschichte der Entwickelungen der griechischen Philosophie, 2. Hälfte, pag. 160 sq.

Principium illud in ulla antiquarum formularum nusquam apud eum reperimus. Nam quum iam inter Stoicos recentiores erant qui principium homini*) adoptaverint, apud M. Aurelium interior cuiusque genius (δαίμων) maximi momenti est.**)

At genius vel δαίμων universale quoddam est, itáque M. Aurelius contrarias ethices partes inter se magis conciliat.

Hinc profectus gravissimam quoque quaestionem, quomodo necessitati illi libera voluntas coniungenda sit, propemodum solvere nobis videtur.

Quum iam nobis proposuerimus disserere de fundamentis ethices Stoicae apud M. Aurelium, duplex munus nostrum est: primum quidem e libro***) philosophi nostri fundamenta proferre, deinde ad totam ethicen Stoicam ea referre.

Quum vero tria sint fundamenta quae in medium proferre conamur, explicationem nostram in partes tres dividimus. Sunt hae: I. Δαίμων propie sic dictus. II. Δαίμων qua ἡγεμονικόν. III. Animans ratione compos singulare qua pars universi.

I. Δαίμων proprie sic dictus.

Animus secundum doctrinam Stoicorum divinae originis atque substantiae, imo vero pars quaedam numinis divini est. Stoici ergo quum summam partem animi genium (δαίμων) appellent, recte faciunt. Quem eodem iure etiam absoluto θεόν vocare iis licuit.

Noverat praeterea antiquitas gradum animantium vel numinum inter deos et homines, δαίμονας, a quibus homines regi existimabat. Ad illos Stoici doctrinam suam retulerunt.†) Qua in re iis praecessit Plato, quum in Timaeo (90 A. C) verum hominis genium esse rationem declaret. Discrepavit quidem sensus doctrinae Stoicorum cum cogitationibus illis usitatis, sed neglexerunt hanc discrepantiam, sive quod fugerit illos,††) sive quod systemati Stoico ipsi gradus ille non prorsus defuerit.†††) Iam Chrysippus (quum Diog. Laërt. VII., 88 certe ad eum spectet) dicit: εἶναι δ' αὐτὸ τοῦτο τὴν τοῦ εὐδαίμονος ἀρετὴν καὶ εὔροιαν βίου, ὅταν πάντα πράττεται κατὰ τὴν συμφωνίαν τοῦ παρ' ἑκάστου δαίμονος καὶ τὴν τοῦ ὅλου διοικητοῦ βούλησιν. Accuratius Po-

---

*) V. Ueberweg, Grundriss der Geschichte der Phil. I., pag. 173 (ed. II.)

**) cf. A. Seiss, de summo bono Stoicorum, Tubingae 1850, p. 39 sq.

***) In hac commentatione utimur editione Thomae Gatakeri: Ἀντωνίνου τοῦ Αὐτοκράτορος τῶν εἰς ἑαυτὸν βιβλία ιβ' etc., Cantabrigiae 1652.

†) Zeller, l. c., p. 297 sq.; cf. Lehrs, Populäre Aufsätze aus dem Alterthum (Lpz. 1856) p. 149. (Wachsmuth, die Ansichten der Stoiker über Mantik und Dämonen, Berol. 1860, nobis in manibus non erat).

††) cf. Zeller, l. c., p. 298.

†††) V. Zeller, l. c., pag. 298.

sidonius, scriptor posterioris temporis, (apud Galenum, Hippocr. et Plat. V pag. 469): τὸ δὴ τῶν παθῶν αἴτιον, τούτεστι τῆς τε ἀνομολογίας καὶ τοῦ κακοδαίμονος , τὸ μὴ κατὰ πᾶν ἕπεσθαι τῷ ἐν αὐτῷ δαίμονι συγγενεῖ τε ὄντι καὶ τὴν ὁμοίαν φ ἔχοντι τῷ τὸν ὅλον κόσμον διοικοῦντι, τῷ δὲ χείρονι καὶ ζῳώδει ποτὲ συνεκκλίνοντας φέρεσ Apud Varronem*) quoque sententiam Stoicam reperimus quum dicat fere, D esse animum universi, animos nostros partem esse animi per naturam rerum omn intenti et rationem genium hominis appellari posse. Seneca ep. 41, 2 scribit: s intra nos spiritus sedet malorum bonorumque nostrorum custos et 31,11 anim rectum et bonum appellat deum in corpore humano hospitantem. Praecursor v M. Aurelii etiam in hac re Epictetus est (Diss. I., 14, 12 sqq.): ἐπίτροπον ἑκά παρέστησε (ὁ Ζεύς) τὸν ἑκάστου δαίμονα καὶ παρέδωκε φυλάσσειν αὐτὸν αὐτῷ, καὶ το ἀκοίμητον καὶ ἀπαραλόγιστον. — Ὁ Θεὸς ἔνδον ἐστι καὶ ὁ ὑμέτερος δαίμων ἐστί.

At principium systematis M. Aurelius primus facit genium.

Antequam vero hoc demonstrare conamur, liceat nobis teste uti Bran l. c., p. 264: „Auch er [M. A.] legt kein Gewicht auf theoretische Forschung, nicht unmittelbar auf Verkehr mit dem eigenen Dämon, Einkehr in denselben seine Pflege zurückführt.“ Nec non mentionem facimus Alberti Selss**) qui qu formulas profert quibus Stoici usi sint ad principium ethices definiendum, p. 39 mulam „κατὰ τὸν ἔνδον δαίμονα ζῆν“ eiusque auctorem M. Aurelium (II., 13. III., 6. 16. V., 3. 27) affert. Praeterea memoratu dignus est Wegscheider (Ethi Stoicorr. recentiorr. fundamenta Lips. 1818) qui quum principium ethices secundum centiores Stoicos exponat, p. 27 sqq. M. Aurelii locos III., 4 et V., 27 laudat, ca duo, ut videbimus, ad eius sententiam demonstrandam.

M. Aurelius animum et corpus humanum his verbis separat III., 3: τὸ γὰρ νοῦς καὶ δαίμον, τὸ δὲ γῆ καὶ λύθρος. V., 27 nobis dicit uniuscuiusque mentem rationem esse genium, quem Zeus ei custodem et ducem dederit et quidem sui pa culam (ἀπόσπασμα ***). Neque mirum nobis videbitur, quum V., 10 et saepius uta verbo „θεός.“

Quanti momenti sit in systemate suo ille δαίμων, M. Aurelius docet nos II , Postquam vitam humanam comparavit cum itinere peregrini, quaerit, quidnam hu ducere possit. Atque respondet: ἓν καὶ μόνον φιλοσοφία. Τοῦτο δὲ ἐν τῷ τηρεῖν τὸν ἔν δαίμονα ἀνύβριστον καὶ ἀσινῆ. †) In genio ergo posita est philosophia! Cuius finis qu

---

*) cf. Zeller, Religion und Philosophie bei den Römern (Berl. 1866), p. 36.

**) V. supra p. 4, nota.

***) cf. II., 4. δεῖ δὲ ἤδη ποτὲ αἰσθέσθαι τίνος κόσμου μέρος εἶ, καὶ τίνος διοικοῦντος τὸν κόσμ ἀπόῤῥοια ὑπέστης. (XII., 26: ἐῤῥύηκε).

†) Iam Scheumaeder, Philosophiam M. Aur. Antonini . . . . expendet Ambros. Scheum., Alt 1717, hunc locum appellat „Marci sententiam in genere de philosophia.“ At plane non utitur illo.

apud M. Aurelium imprimis inter Stoicos recentiores sit morum conditio, dicere nobis licet δαίμονα esse principium ethices Aurelianae.

Iam momenta illius principii examinanda sunt.

V, 27 philosophus noster activus genium non ponit theoretice, sed postulato adiecto: Συζῆν θεοῖς. L. c. II, 17 eminentiora facimus verba τηρεῖν ἀνύβριστον καὶ ἀσινῆ. Addimus II, 13: ὅτι ἀρκεῖ πρὸς μόνῳ τῷ ἔνδον δαίμονι εἶναι καὶ τοῦτον γνησίως θεραπεύειν et III, 16: τὸ ἴδιόν ἐστι τοῦ ἀγαθοῦ τὸν δὲ ἔνδον ἐν τῷ στήθει ἱδρύμενον δαίμονα μὴ φύρειν μηδὲ θορυβεῖν ὄχλῳ φαντασιῶν, ἀλλὰ ἵλεων διατηρεῖν, κοσμίως ἑπόμενον ὡς θεῷ. Ergo genius ut numen colendus est.

Sed praeterea necesse est, ut homo atque eius genius amici mutuo sint. Quare III, 16 postulat: ἀλλὰ ἵλεων διατηρεῖν et XII, 3: ἵλεως τῷ σαυτοῦ δαίμονι διαβιῶναι.

Genius sic cultus (III, 4) lente fert dolores, tollit hominem supra iniurias, fortem reddit in gravissima pugna, contra animi impetus, sorte sua contentum facit. Item (III, 6) examinat φαντασίας, subiicit se diis et homines curat. Genium M. Aurelius ducem sibi deligit III, 5: ὁ ἐν σοὶ θεὸς ἔστω προστάτης ζῴου ἄῤῥενος καὶ πρεσβύτου καὶ πολιτικοῦ καὶ Ῥωμαίου καὶ ἄρχοντος, ab eoque signum receptus e vita prompto animo exspectat.

Atque in hoc genii sui cultu quiescendum est homini. Si nihil melius reperis genio illo interiore (III, 16), μηδενὶ χώραν δίδου ἑτέρῳ*).

Genius ergo est principium religiosum quoddam ethices Aurelianae. Quae si hoc uno genere tantum exculta esset, parum plena esset et valde imperfecta. At eiusdem principii altera valet ratio.

II. Δαίμων qua ἡγεμονικόν.

Genius interior quum sit mens et ratio hominis (V, 27), porro est id quod Stoici τὸ ἡγεμονικὸν vocant. Ab illo quod est pars regnans animi, animi actiones proficiscuntur.**) Quarum maximi momenti apud auctorem nostrum sunt φαντασίαι.

Postulat M. Aurelius ab illa summa parte animi, ut iudicio suo φαντασίας moderetur, porro autem φαντασίαι ita prorsus pendent ex parte regnante animi, ut novas eas procreare semper possit. Praeterea quum sit sententia auctoris nostri animum humanum propter affinitatem cum animo divino bonum in bona voluntate ponere,***)

*) cf. V, 10: ὅτι ἔξεστί μοι μηδὲν πράσσειν παρὰ τὸν ἐμὸν θεὸν καὶ δαίμονα. Οὐδεὶς γὰρ ἀναγκάζων τοῦτον παραβῆναι. VIII, 45. Ἀρόν με καὶ βάλλου ὅπου θέλεις. Ἐκεῖ γὰρ ἕξω τὸν ἐμὸν δαίμονα ἵλεων.

**) V. Zeller, l. c., p. 182 sqq.

***) V, 34: δύο ταῦτα κοινὰ τῇ τε τοῦ θεοῦ καὶ τῇ τοῦ ἀνθρώπου καὶ παντὸς λογιστοῦ ζῴου ψυχῇ. τὸ μὴ ἐμποδίζειν ὑπ' ἄλλου, καὶ τὸ ἐν τῇ δικαϊκῇ διαθέσει καὶ πράξει ἔχειν τὸ ἀγαθόν.

primum quidem postulat, ut illud ἡγεμονικὸν bonas φαντασίας eligat, tum vero ut sponte atque suo instinctu bonas procreet.

Haec res pertinet ad id quod nostri „Selbstbestimmung“ vocant. Bran l. c., p. 264 de hac re ita iudicat: Bei ihm dieselbe [ut apud Epictetum] Sondeı des Gebiets der freien Selbstbestimmung, d. h. der Herrschaft über unsere stellungen.*)

Iam auctor noster ipse nobis probabit duas hoc partes: a. τὸ ἡγεμονικὸν ı atque moderatur φαντασίας, b. τὸ ἡ. procreat φαντασίας.

Initium explicationis nostrae sit II, 15. Ὅτι πᾶν ὑπόληψις. Δῆλα μὲν γὰρ πρὸς τοῦ Κυνικοῦ Μονίμου**) λεγόμενα. δῆλον δὲ καὶ τὸ χρήσιμον τοῦ λεγομένου, ἐάν τις α τὸ νόστιμον μέχρι τοῦ ἀληθοῦς δέχηται. Adiicimus sententiam XII, 22: ὅτι πάντα ἡ ληψίς καὶ αὐτὴ ἐπί σοι. Quum ergo ad sententiam Monimi declinet M. Antonii omnia esse opinionem tantum eique veritatis partem quandam tribuat, ad ratioı (ἡγεμονικόν) provocat, quum autem dicat in opinione posita esse omnia, rationis offic ducit, ut recte illa opinione utatur.

a. XII, 33 dicit nobis: πῶς ἑαυτοῦ χρῆται τὸ ἡγεμονικόν· ἐν γὰρ τούτῳ τὸ ἐστι· τὰ δὲ λοιπά, εἰ προαιρετά ἐστιν ἢ ἀπροαιρετά, νεκρὰ καὶ καπνός. Hoc clarius fit locis III, 6: ὁ ἐνιδρύμενος ἔν σοι δαίμων ἐξετάζει φαντασίας***), 16: Πανταχῶς καὶ δ. κῶς ἐπί σοί ἐστι — τῇ οὔσῃ φαντασίᾳ ἐμφιλοτεχνεῖν†), 4: χρὴ μὲν οὖν καὶ τὸ εἰκῆ μάτην ἐν τῷ εἱρμῷ τῶν φαντασιῶν περιίστασθαι — καὶ ἐθιστέον ἑαυτὸν μόνα φαντάζεσ. περὶ ὧν εἴ τις ἄφνω διανέροιτο, τί νῦν διανοῇ; μετὰ παῤῥησίας παραχρῆμα ἂν ἀποκρίναιο. τὸ καὶ τό, IX, 7. Ἐξαλεῖψαι φαντασίαν — ἐφ᾿ ἑαυτῷ ἔχειν τὸ ἡγεμονικόν, XII, Βάλε ἔξω τὴν ὑπόληψιν, σέσωσαι††). τίς οὖν ὁ κωλύων ἐκβάλλειν; XII, 22: ἆρον οὖν, θέλεις, τὴν ὑπόληψιν, καὶ, ὥσπερ κάμψαντι τὴν ἄκραν γαλήνη, σταθερὰ πάντα καὶ κόλ ἀκύμων.

b. At praeterea illud ἡγεμονικὸν vim habet procreandi φαντασίας: VII, 2: [φαντασίας] διηνεκῶς ἀναζωπυρεῖν ἐπί σοί ἐστι· — δύναμαι περὶ τούτου ὃ δεῖ περιλαμβάνειν ἀναβιῶναί†††) σοι ἔξεστιν.

---

*) cf. Scheumaeder, l. c., p. 27 sq: Magna egregiaque a se postulat Marcus, sed etiam volt suae eam facultatem et libertatem tribuit, ut quicquid velit, peragere et praestare possit, omniaque adec in eius potestate.

**) de hoc philosopho v. Zeller, II, a., p. 208.

***) cf. VII, 54.

†) cf. XII, 18.

††) cf. IV, 7: Ἆρον τὴν ὑπόληψιν, ἦρται τὸ βέβλαμμαι.

†††) cf. IV, 3: ἀνανέου σεαυτόν.

Hic quoque fons est postulati illius*) M. Aurelii, ut homo ad se ipsum semper se recipiat.

III. Animans ratione compos singulare qua pars universi.

Stoici res omnes prorsus ex lege universa mundi pendere censebant. Εἱμαρμένη illa apud eos omnes res regebat. Haec autem est substantia atque animus mundi, Quum ex illa omnia gignantur, natura, quum ipsa mundum regat atque rebus provideat, providentia, vel etiam ad sensum popularem accommodate Ζεὺς appellatur Animus vel ratio mundi (vel λόγος σπερματικός) res singulas sui particulas procreat et haec vis rerum substantia vel nucleus est. Hoc est unum, quod manet in mutatione perpetua rerum, in transitu materiae in aliam formam.

M. Aurelius quum animantia singularia ad universum referat, prorsus systemate physico scholae suae nititur. Inertiae atque vanitati animantium singulorum, cursui perpetuo et mutationi rerum omnium**) meditationes suas ethicas annectit,***) Physica ethices fundamenta sunt.

Quum omnia una lege regantur, quod universo conducat, singulo nocere non potest,†) cuius fatum universo implicitum est. ††) Quum praeterea animantia ratione praedita omnia sint cognata, societate inter se coniuncta sunt †††): VI, 14: τὸ ἄρα ἀγαθὸν τοῦ λογικοῦ ζώου κοινωνία, VII, 55: τὰ δὲ λογικὰ ἀλλήλων ἕνεκεν, IX, 27: φύσει γὰρ φίλοι.[1])

Ita auctor noster imprimis duas has res postulat: ut quisque universo aequo animo se permittat atque ut animantia singula societate se contingant. Quas res singulatim tractabimus.

a. Animantis rationalis, hominis, officium est universo se iungere, atque quidem:

---

*) cf. Zeller, l. c., p. 682. — VIII, 48: *Μέμνησο, ὅτι ἀκαταμάχητον γίνεται τὸ ἡγεμονικόν, ὅταν εἰς ἑαυτὸ συστραφὲν ἀρκεσθῇ ἑαυτῷ, μὴ ποιοῦντι ὃ μὴ θέλει. οὐδὲν γὰρ ὀχυρότερον ἔχει ἄνθρωπος, ἐφ' ὃ καταφυγὼν ἀνάλωτος λοιπὸν ἂν εἴη. ὁ μὲν οὖν μὴ ἑωρακὼς τοῦτο, ἀμαθής.* cf. IV. 3. VII, 59.

**) V: II, 12, 14, IV, 36, 43. V, 23, VI, 17, VII, 19, et saepius.

***) cf. Zeller, l. c., p. 678. sqq. — V, 13. VI, 15. X, 31, et saepius.

†) II, 3: *παντὶ δὲ φύσεως μέρει ἀγαθὸν ὃ φέρει ἡ τοῦ ὅλου φύσις, καὶ ὃ ἐκείνης ἐστὶ σωστικόν.* 17. *οὐδὲν δὲ κακὸν κατὰ φύσιν.*

††) VII. 9. *Πάντα ἀλλήλοις ἐπιπέπλεκται. — Κόσμος τε γὰρ εἷς διὰ ἁπάντων, καὶ θεὸς εἷς διὰ πάντων καὶ οὐσία μία, καὶ νόμος εἷς, λόγος κοινὸς πάντων τῶν νοερῶν ζώων, καὶ ἀλήθεια μία.*

†††) Zeller, l. c., p. 266: Dieses Bewusstsein von der Zusammengehörigkeit aller vernünftigen Wesen hat namentlich noch der letzte der Stoiker, Mark Aurel, sehr nachdrücklich ausgesprochen.

[1]) III, 4, 11. VI, 54 (singulus homo api in examine comparatur), VIII, 59. IX, 9. XII, 26.

α. diis rebus omnibus consulentibus se committere neque precationer gligere, praeterea

β. fato spontanea voluntate ac ratione uti.

a. Omnia quae fiunt, M. Aurelius nobis dicit, cognata nobis et similia sui tempori veris rosa, auctumni fructus (IV, 49). Omnia inter se contexta, amicitia iuncta sunt (VI, 38). Prorsus non novum aliquod timendum est (VIII, 6). M appellari non potest id quod naturae hominis (quae quidem non sit alia quam uni natura) non repugnat (IV, 49); amare potest homo id quod mundus amat (X, Homo probus accipit et reddit obedienter et bona voluntate quae natura dat et re (X, 14). Quodvis animans sequi coacta est res quae eveniunt; animanti rati soli datum est sua sponte sequi (X, 28).*) M. Aurelius noster laetus exclamat IV, Πᾶν μοι συναρμόζει, ὃ σοι εὐάρμοστόν ἐστι, ὦ κόσμε· οὐδέν μοι πρόωρον, οὐδὲ ὄψιμον τὸ σ καιρον· πᾶν μοι καρπός, ὃ φέρουσιν αἱ σαὶ ὧραι, ὦ φύσις· ἐκ σοῦ πάντα, ἐν σοὶ π 'Εκεῖνος μέν φησι, πόλι φίλη Κέκροπος· σὺ δὲ οὐκ ἐρεῖς, ὦ πόλι φίλη διός.**)

At officium quoque animantium rationalium est sequi mundi rationem et le Qui, quum res sibi displiceant, a ratione universa mundi se segregat, abscessus m (II, 16), qui animam suam a ceterorum anima (quae una omnium sit communis) scindit, ἀπόσχισμα πόλεως, qui rationem civilem fugit, profugus est (IV, 29).

α. Sed in hac re multum interest quomodo homo se habeat quod attine deos. M. Aurelius quum postulet V, 27: συζῆν θεοῖς, hoc ita exponit: eum vivere diis qui semper iis ostendat animum sorte sua contentum. Quomodo fieri potuit u in mundo disponendo iniuste fecerint aut neglexerint aliquid, quum sint optim iustissimi? (XII, 5) Sequendum igitur est illos, laudandi et colendi sunt (V, Quid decreverunt, bonum est, sive quod de homine deque iis rebus, quae ei ob turae sint, sive quod omnino de rebus universi saltem consuluerint (nam haec rebus singuli hominis cohaerent). Dii auxilium ferunt per insomnia, per vatic (IX, 27); auxilio divino dignum te praesta (XII, 14) Ne in morte quidem te deser nihil enim inane numinum est (III, 3). Animam suam perfectam futuram existi auctor noster, quum prorsus cum deorum voluntate congruat (X, 1).

Sed precatione quoque homo mundo se accommodare debet. Ita post M. Aurelius IX, 40: quum alii orant quae concupiscunt, tu ora, quomodo aut concupiscas, aut amittere non metuas.

At M. Aurelius quoque cum schola sua mortem voluntariam permittit. V, εἰ καπνός ἐστι, ἀπέρχομαι. X, 8: ἢ καὶ παντάπασιν ἔξιθι τοῦ βίου, μὴ ὀργιζόμενος, ἀλ

*) cf. VI, 42: Πάντες εἰς ἓν ἀποτέλεσμα συνεργοῦμεν, οἱ μὲν εἰδότως καὶ παρακολουθημένως δὲ ἀνεπιστάτως.

**) Perspicuum est haec verba mundum significare. — cf. II, 16: ἕπεσθαι τῷ τῆς πόλεως καὶ πολιτ τῆς πρεσβυτάτης λόγῳ καὶ θεσμῷ.

ἁπλῶς καὶ ἐλευθέρως καὶ αἰδημόνως. Est et hoc spontaneus voluntatis usus, sed quum tam strenue doceat auctor noster rationem hominis rebus omnibus consentire aut uti illis posse (v. supra pag. 7 seq.)*) non plane sibi constans esse videtur.

β. Ut rationis, ita voluntatis quoque liberum usum postulat M. Aurelius: (VII, 67). Non ita te fecit natura, ut tibi terminos figere et officia tua per te exequi nequeas. (V, 19). Res ipsae nulla ratione animam attingunt, neque mutare eam aut movere possunt; ipsa sola sese mutat movetque. Qualia decreta sua fuerint, talia fecit adventitia quaeque. (VIII, 35:) Sicut reliquas facultates rationalium unumquodque ab universi natura accepit, ita hanc nos ab ea facultatem accepimus: quod, quemodmodum illa, quicquid obstat et renititur, in usum suum circumvertit et in fato disponit, itaque partem sui reddit; ita et animal rationale ex impedimento omni materiam creare sibi possit, eoque uti ad id quod intenderat.**) Animans ratione compos etiam in hac re bonum eligere debet (v. supra pag. 7).

b. Quum animantia rationalia ab una eademque substantia orta sint, quum una lege regantur, quum cognata atque sui invicem gratia a natura universi creata sint, officium eorum est sibi mutuo consulere***), societatem inter se inire.

Quae societas duplex est:

α. societas civilis,

β. societas interior, animos hominum regens itáque amor hominum.†)

α. Ad doctrinam illam, animantia rationalia cives esse, imprimis excolendam philosophus noster imperio et munere suo adductus esse videtur.

Animantia rationalia ita actionibus supplere se debent, ut civitatem constituant;††) *πολιτικὸν σύστημα* (III, 4) sunt. Apud ea civitates sunt, familiae, conventus, vel in bello foedera et induciae (IX, 9). Ita totus mundus una civitas est. Sic M. Aurelius, quum Antoninus sit, patriam suam Romam appellat, quum sit homo mundum (IV, 44).

β. Homines, quum eiusdem rationis nobiscum participes sint, tamquam societate coniunctos habeamus.†††) Naturae humanae consentaneum est omnes homines cu-

---

*) cf. VIII, 35.

**) cf. XI, 36: *Λῃστὴς προαιρέσεως οὐ γίνεται* (secundum Epictetum).

***) IX, 1: *Τῆς γὰρ τῶν ὅλων φύσεως κατεσκευακυίας τὰ λογικὰ ζῶα ἕνεκεν ἀλλήλων, ὥστε ὠφελεῖν μὲν ἄλληλα κατ᾽ ἀξίαν, βλάπτειν δὲ μηδαμῶς, ὁ τὸ βούλημα ταύτης παραβαίνων, ἀσεβεῖ δηλονότι εἰς τὴν πρεσβυτάτην τῶν θεῶν.*

†) Zeller, l. c., p. 267 sq.: Die späteren Stoiker besonders, ein Seneca, Epictet, Mark Aurel, Musonius sind es, bei welchen uns diese Seite der stoischen Sittenlehre entgegentritt.

††) IX, 23: *Ὥσπερ αὐτὸς σὺ πολιτικοῦ σιστήματος συμπληρωτικὸς εἶ, οὕτως καὶ πᾶσα πρᾶξίς σου συμπληρωτικὴ ἔστω ζωῆς πολιτικῆς.*

†††) VI, 23: *τοῖς δὲ ἀνθρώποις, ὡς λόγον ἔχουσιν, χρῶ κοινωνικῶς.* cf. VI, 14: *ὁ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν λογικῶς καὶ κοινωνικῶς ἔχουσαν — διασώζει, καὶ τῷ ὁμογενεῖ εἰς τοῦτο συνεργεῖ.*

rare.*) Sed porro docemur, homines non tantum particulas, sed membra (non μ
sed μέλη**) systematis esse itáque agere iis oportere. Nemini ab ullo homine abs
dere se licet (XI., 8), nam a societate omnium se segregat. Quo saepius hoc f
eo difficilius est reconciliatio.***) Ramus abscinditur, homo ipse se separat a proxi
dum odit et aversatur.

Ita M. Aurelius dicere potest (VII, 31): ama genus humanum.

Sed docet ille cum ceteris Stoicis recentioribus imprimis clementiam, remis
nem vitiorum et peccatorum, aequum animum contra iniurias et odium, quum
debiles sint homines. Incipit librum secundum his verbis: Mane praedicere meme
tibi: Hodie futurum est, ut rem habeam cum curioso aliquo, ingrato, protervo, dol
invido, illiberali. Obveniunt illis omnia ista a bonorum malorumque inscitia. I
vero, quum et naturam boni norim, quod honestum, malique, quod inhonestum
ipsamque adeo delinquentis naturam, quod congener mihi sit, non tam sangu
eiusdem, quam mentis ac portionis divinae mecum particeps: nec laedi posse me
horum ullo compertum habeo etc. . . . ad mutuas operas nati sumus. Est homi
dicit nobis VII, 22, etiam eos qui offendunt, amare; et hoc fiet „ἐὰν συμπροσπί
σοι, ὅτι καὶ συγγενεῖς . . . καὶ πρὸ πάντων, ὅτι οὐκ ἔβλαψέ σε, οὐ γὰρ τὸ ἡγεμονικόν σου χε
ἐποίησεν ἢ πρόσθεν ἦν.“ Etiam erga eos qui vituperaverint aut oderint, benevolum e
oportet, φύσει γὰρ φίλοι (IX, 27)†) Quid enim mali tibi contigerit (XI, 13), si q
naturae tuae conveniat, facis? Annon amplecteris, quod naturae universi nunc
tempestivum, quum sis ad hoc constitutus, ut id facias, quod in commune conduc

Quum iam ad finem explicationis nostrae pervenerimus, ante oculos est, qu
rationem habeant fundamenta illa ethices Aurelianae ad totam ethicen Stoicam. P
spicuum enim est M. Aurelium ultimum hunc philosophorum Stoicorum quamqu
aperte philosophus activus sit, tamen prorsus in systemate versari, et quidem scho
suae systemate. Hoc eum transgressum esse nullo modo dici potest.

---

*) At non licet illis indigere IV, 29: πτωχός, ὁ ἐνδεὴς ἑτέρου.

**) VII, 13: πρὸς ἑαυτὸν πολλάκις λέγῃς, ὅτι μέλος εἰμὶ τοῦ ἐκ τῶν λογικῶν συστήματος. ἐὰν δὲ μέρος εἶναι ἑαυτὸν λέγῃς, οὔπω ἀπὸ καρδίας φιλεῖς τοὺς ἀνθρώπους.

***) XI, 8. cf. VIII, 34: ἔξεστί σοι πάλιν ἑνῶσαι σαυτόν. τοῦτο ἄλλῳ μέρει οὐδενὶ θεὸς ἐπέτρε χωρισθέντι καὶ διακοπέντι, πάλιν συνελθεῖν. ἀλλὰ σκέψαι τὴν χρηστότητα, ᾗ τετίμηκε τὸν ἄνθρω

†) V. supra pag. 8.